

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Klasztoru OO. Paulinów w Częstochowie, sygn. II-3, s. 137–138

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 117–118 [Gn. 116]

[117] Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Recepit eosdem quatuor seniores de Schartow, et quatuor canonicos, qui habuerunt prelaturas in summo: primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus celerarius. Insuper cepit quatuor^a innatos ministeriales ecclesie maioris in Meÿdenburg: primus fuit marscalcus, secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper recepit xi scabinos de civitate et scultetum xii. Deinde recepit tres duces laicos, qui primi sunt in eleccione municipali, et quartus, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meÿdenburg, hoc burgravius. Tunc imperator recepit hos xxviii viros prenotatos, eciam locavit super sedes pallacie, et dedit eis potestatem ex sui parte, quecumque sententia in Meÿdenburg diffinire [s] non aut reprobaret, hoc ibi deberet recipi, et quidquid ibi daretur rite hoc et rationabiliter pro iure municipali deberet teneri.

[118] [s. 138] Et cum sententia ante pallaciam fuerit data, tunc debet dari in signum xxviii viris, cuilibet unum solidum aureum, et quivis solidus debet xii valere solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit forisandi. Tunc hiis quatuor dantur quatuor^a marcas, et quivis marcas aurea xii argenteas habere. Hoc datur hiis xxviii. Hoc illi dare tenentur, quibus sententia ad profectum fuerit inventa et finita. Sed iste, qui in sententia deffecerit, debet expensas. Si autem iste in sententia deffecerit, qui eam reprobaverit, extunc magis solvere tenetur, quam ille, cui sententia data [^b] fuerit ad profectum.

^a w rkp. iiii^{or}; ^b zamazana litera s

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, odwołanie, apelacja, wyrok]